



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Alia Sodalitatis SanctiSSimæ Trinitatis instituta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Julius III.
Pontificatū
obtinnit.
VII. Idus
Februarias
anno 1550.
Sed itq; an-
nos. 5. Mē-
sem vnum
dies 16.

*Alia Sodalitatis Sanctissimae Trini-
tatis instituta.*

DEcce reuerūt fratres anno huius
sæculi quinquagesimo, qui lumen
lubilei celebritate insignis extitit, do-
mum excipiendis hospitio peregrini-
nis, qui ante id tempus conferti sub
dio cubitabant in via, conducere. Id
autem lubilei occasione actum est:
Nam cum pauperibus nullum esset
in urbe hospitium, nullumq; rece-
ptaculum, iacere ij cogebantur in
publico, frigore, fame, aliisque in-
commodis confecti. Hoc ergo spe-
ctaculo commotus Philippus, tante
calamitati omni ope subueniendū
purauit, reque cum aliis communi-
cata, quemcunque extrema inopia
periclitatem reperirent, in id hospi-
tium, vel inter manus, vel gestatoria
sellā deuehere, adeuntesque omnes
hospitio benignè suscipere statuūt,
cunctis, quæ ad victum nec essaria
sunt, abundè suppeditatis.

Ea

Ea erat Sodarium erga peregrinos charitas, ut quibus rebus possit, eos adiuuarent; illeq; altero videbatur beator, cui datum erat, ut ipsis excipiendis primus occurrisset. Sed nō possum ego satis narrare pium fratrum in hos pauperes affectum: Alios enim cerneret peregrinorum pedes lauare, alios recens admissos suauissimis solari verbis, hos cibos excoquere, illos fercula ministrare, hos lectulos sternere, illos pauimenta verrere, atque in hæc pietatis opera ea animi promptitudine, vultusq; hilaritate incubebant Sodales, ut eorum virtus omnibus admirationi esset. Interea tanta fuit exempli vis, ut nō defuerint, qui in hanc societatem recens erectam se adscribi ficerint.

Decreuerunt interim Sodales, ut certæ ædes ad peregrinos hospitio excipiendos constituerentur, ubi quolibet anni tempore benignè per triduum alerentur: qui usus in hunc

vsque

vsque diem sancte, laudabiliterque
retinetur.

Sed nechis contenti, cum vide-
rent pauperes è Xenodochiis, quòd
melius habere inciperent, viribus
nondum plenè recuperatis, dimis-
sos, victus, tectique penuria fatiga-
tos, in eisdem morbos recidere, qui
vitam quandoque hauriebant; his
incommodis pro viribus occurrere
decreuerunt. Ergo statutum est in-
ter eos, ut qui locus excipiendis per-
egrinis usui esset, ille ipse hisce ho-
minibus pateret, dum præstinæ va-
letudini, virtutiq; restituantur. At-
que id, aliaq; ipso potissimum Phi-
lippo adiutore, agebantur: illic ipse
dies, illic noctes insumere, pauperi-
bus ministrare, cæterosque ad opus
excitare in more habebat.

Hæc itaq; prima est huius sodali-
tatis institutio, quæ paruis initiis,
in eam, quæ hodie conspicitur, am-
plitudinem excreuit.

Deinde verò processu temporis,

nobi-

Christi
1550

Iulij III. Pap.
I

Ætatis
35.36

45

nobilius quibusdam viris, qui ei no-
men dederant, visum est, ut sodali-
tas ex Ecclesia S. Saluatoris in Ec-
clesiam Sanctissimæ Trinitatis trās-
ferretur. Vbi illud b̄reui incrementum accepit, quod toti post Chri-
stiano orbi non sine maxima Dei
gloria palam factum est: Cuius de-
inde pietas, & in vniuersas Italiæ so-
dalitates incredibilis liberalitas, an-
no Iubilei proximè elapsi Gregorio
XIII. Pont. Max. singulariter eni-
tuit. Et nun̄ etiam Clemētis VIII.
Iubileo maximè enitet.

*In altissimam foueam noctu delapsus di-
uinitus retinetur.*

PHilippus quò maioribus à Deo
in singulos dies augebatur bene-
ficiis, hoc vehementiore ei inser-
uiendi desiderio accendi se sentie-
bat. Intempesta itaque nocte, cum
somno sepulti sunt omnes, ut nesci-
ret sinistra quid faceret dextera,
miserabilium personarum domos
obibat,

*alidem fa-
cere solitu-
s. Marcia-
num pres-
byterum,
auctor est
Metaphra-
stes in esse
rebus ge-
bris; extant
ea apud
Sur. tom. I.*